

Werk

Titel: Programma Christo Triumphatori Ob Victoriosum Ad Inferos Descensum Sacrum Feriis

Verlag: Praeolo Reusneriano

Ort: [Regiomonti]

Jahr: 1645

Kollektion: VD17-nova

Signatur: ALT 2013 A 4 (47)

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN815372604

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN815372604>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=815372604>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.


Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

PROGRAMMA,
**CHRISTO TRI-
 UMPHATORI
 OB VICTORIOSVM AD INFEROS
 DESCENSUM
 S A C R V M
 FERIIS PACHALIBUS
 REC TORE ET SENATV ACA-
 DEMIÆ REGIOMONTANÆ.**

*ANNO ORBIS REDEMPTI
 M. D. C. XLV.*

PROPOSITVM.



PRAELO REUSNERIANO.

I. N. I.

Apoc. 1.
v. 18.

2. Sam. 3.
v. 14.

Eph. 4. v. 8

1. Cor. 15.
v. 45.

Eph. 5.
v. 25.

Cant. 2.
v. 8.

Tom. 4.

Serm. 6. in

Psal. 119.

v. 457.

Cant. 2.
v. 10.

Ecce! desideratisimus noster Sponsus, è duello, quod tertio ante hunc die, nostri causa, cum infensissimis hostibus nostris Satana ac Morte gesit, victor & vivus hodiè reversus est. Ita cœlestis hic David dotis loco, non centum, Philistæorum præputia, sed totam infernalem catervam devictam & ipsam captivitatem captivam afferens, sponsam sibi acquisivit. Ita novissimus Adam mortis somno per triduum sopitus sponsam suam, è proprio latere, per verbum & Sacra menta exædificatam, somno evigilans assumit, sibiq[ue] arctissimè jungit. Nostrum est, ô cives Academici, surgere ocyus, ac sponso huic nostro, optimè de nobis merito, obviam occurere, lætis ipsum acclimationibus excipere, imò, in corda nostra recipere; nostrum est Triumphum ipsius, quippe qui & noster est, devotâ mente & exultatione celebrare. Ecce! venit saliens in montibus dilectus sponsus: Salit, de cælo in virginem, de utero in præsepe, de præsepio in Jordanem, de Jordane in crucem, de cruce in tumulum, in cœlum de sepulchro, ut scribit Ambrosius, Mediolanensis Episcopus. Ecce quam suavissimè suam solatur ac erigit Sponsam. Surge propera amica mea, formola mea veni: jam

jam eni
Flores
mam con
tem Spor
si vera J
En Spor
cat form
vit, eide
per fidem
sponsa pe
dus per
est. Exu
à vinculis
ge, quia e
tatis, quia
sunt, mone
Christi Spon
ge è somno
veni. Veni
jamenim hi
sione, quando
invajit; qua
in ipsum ir
in gloriosâ
imber abi
to dilecti lat
sulphureus

jam enim hyems transiit, imber abiit & recessit:
Flores apparuerunt in terra nostra. O dulcisissi-
mam compellationem! Audit Sponsa dilectum loquen-
tem Sponsum; audiamus & nos, O cives Academicci,
si veræ sponsæ membra esse volumus. Vocat amicam,
En Sponsi affectum! quō sponsam sincerè diligit. Vo-
cat formosam; en effectum! quō sanguine suo eam la-
vit, eidemq; pulchritudinem ac innocentiae candorem
per fidem imputavit: sic sanè candida & rubicunda
sponsa per sponsum; sicut ipse Candidus & rubicun-
dus per seipsum. Surgendum itaq; ac properandum
est. Exurge veni, hoc est, surge à mortuis, exurge
à vinculis, quibus circumdata tenebaris. Exur-
ge, quia ego resurrexi tibi: solve vincula iniqui-
tatis, quæ ego jā solvi tibi: veni, quia jā retia soluta
sunt, monente eodē Ambrosio. Surge ergo quisquis es, si
Christi Sponsa es, aut esse cupis: surge è luto vitiorū; sur-
ge è somno iniquitatis ac securitatis; surge, propera &
veni. Veniēdi causas ipse Sponsus exponit amplissimas:
jam enim hyems transiit: fuit miseriæ hyems in pas-
sione, quando tempestas iræ diuinæ sponsum propter te
invadit; quando Aquilones maledictionum legis diuinæ
in ipsum irruerunt: sed transiit hyems exinanitionis,
in gloriosâ resurrectione. Nec hoc solum; sed &
imber abiit ac recessit: imber sangvineus ex aper-
to dilecti latere, imò è toto corpore descenderat; imber
sulphureus ex infernis, torrentes Belial Christum cir-

Cant. 5.
v. 10.

l. d. p. 460.

Ps. 18. v. 18.

cum dantes augens, adscenderat: sed & ille, anima &
sanguine cum corpore redivivo unitis, cessavit, &
hic, vi infernali omni glorioso descensu penitus prostra-
ta, recessit. Et sic tandem flores apparuerunt in-
Joh. 12. terra nostra. Nam Christus granum frumenti,
v. 24.
v. 25.
Zach. 6.
v. 12.
Es. 45 v. 8.
Ps. 72. v. 7.
Psal. 83.
v. 12.
I. Cor. 15.
v. 45.
Tom. 2. l.
de Mystr.
pass. c. 2.
P. 237.
2. Cor. 8.
v. 15.
I. Cor. 4.
v. 1.
cum dantes augens, adscenderat: sed & ille, anima &
sanguine cum corpore redivivo unitis, cessavit, &
hic, vi infernali omni glorioso descensu penitus prostra-
ta, recessit. Et sic tandem flores apparuerunt in-
terra nostra. Nam Christus granum frumenti,
cadens in terram mortuum est in hyeme passionis;
sed multum fructum affert in vere resurrectionis.
Christus Χριστός γένος vir germen, quia subter ipsum
germinavit, succrexit è sepulchro Justitia, Pax, Fi-
des. Christi Sepulchrum Paradisus est, in quo è dor-
mientis secundi Adami latere sponsa Ecclesia effloruit.
Verè hodiè spirituale Ver oritur, cum Pascha verè
annī principium, primi mensis exordium, novel-
la germinum reparatio, ac terræ hyemis nocte
discussâ primi veris restituta jucunditas sit, juxta
Ambrosium. Surge itaq; amica & veni. Venit ad
te redivivus, qui pro te venerat moriturus: veni itaq;
& tu ad eum, sed vivus veni, ne frustra protesit mor-
tuus. Ideo enim mortuus est, ut & qui vivunt,
non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.
Veni in Domum Domini ad audiendum ministros tui
Sponsi de victoriosa ejus Resurrectione & uberrimo
hujus fructu verba facientes. Nos nostri officii me-
mores, ad majorem devotionem & attentionem exci-
tandam paucis agemus de gloriosissimo Perruptoris
nostri apud Inferos Triumpho, quō suam maje-
statem & victoriam jam olim damnatis, per descen-
sionem ad infernum gloriose ostendit. *Absit*

Absit enim, ut statuamus cum illis, qui hunc Triumphi actum, nimirum, Christi descensum ad inferos, haud esse scitu necessarium, docent. Existimo, inquit Suarez, non necessarium eum inter articulos fidei computare. Quia non est res admodum necessaria, singulis hominibus: & quia ob hanc fortasse causam in Symbolo Niceno omittitur. Cui consentit Beza: Dico nunquam prætermissuros fuisse Evangelistas hujusmodi historiam descensus Christi ad inferos, & arbitror (quod cum veterum pace dictum sit) somnia esse, quæcunq; hac de re apud illos commemorantur. Hæc enim non tantum falsa, sed & manifestè impia esse haut difficulter ostendi potest. Facile quidem hoc largimur, aliud esse necessitatem, credendi cognita, aliud necessitatem hoc vel illud dogma cognoscendi. Si quis doctrinam de descensu prorsus ignoret, per ignorantiam, quam vocant, invincibilem, cætera probè instructus, ei vitam æternam non negaverimus. Sed postquam è scriptura innotuit de hoc dogmate, id tum negare aut secus statuere hæreticum fuerit. Certe, si cut veritas fidei, in Symbolo Apostolico, in unum collecta est, ut facilius possit omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam fidei à veritate deficiat, quod affirmat Thomas: ita quoq; necessariò hinc inferatur, nihil in eo contineri, quod ad salutem omnibus creditu necessarium non sit: imò in eo omnia prima

In 3. Thos
mæ qv 52.
art. 8. disp.
43. Sect. 2.
p. 455. A,

In cap. 2.
Act. ad
v. 27.

2. 2 dæ qv. 1
art. 9. in
Resp.

Epit: Con-
tr. 2. c. 9.
& seq.

2. 2dæ qv
1. art. 9.
ad 4.

Cathol.
Orth. tr. 2.
qv. 60.

Tom. 1.
probl. L.
43. p 541.

fidei fundamenta contineri Huntlaus docet.
Quod verò in Synodo Nicena omittatur, causa minime
est, quod res admodum necessaria non sit; sed, quod præ-
supponatur tanquam prædeterminatum in Symbolo
Apostolico: non enim symbolum sequens aboleat
præcedens inquit Thomas. Quæ quam apertè Swa-
resii sententiam destruant, manifestò patet.

Bezæ apertè contradicit Calvinus, qui hunc Tri-
umphi Sospitatoris nostri actum haud omittendum ju-
dicat, utpote, qui rei maximæ utile & minimæ
spernendum mysterium contineat. Et Rivetus
fatetur, eum è scriptura esse desumptum etiam
quoad verba in ea fundari, ac doctrinam tam ne-
cessariam continere, ut nullatenus omitti debeat.
Hinc non sine gravi causa irascitur Aretius suis sociis,
quod hunc articulum in tam varios sensus, à simplici-
tate literalis intelligentiæ, detorqueant. Tota, inquit,
Ecclesia descensum ad inferos articulum fidei a-
gnoscit, &c. Optandum sanè fuerat, in hac que-
stione ut in aliis etiam fidei articulis, uniformem
esse in Ecclesia Christi doctrinam, quod fieri po-
terat, si nō s'ñr servaretur, sine scrupulosâ inter-
pretatione.

Mittamus itaq; has absurditates, ac de vero & ge-
nuino hujus articuli sensu simus solliciti, cuius cognitio
tantò nobis debet esse jucundior, quanto magis tortuosus
serpens ad eum impugnandum promptior. Hinc non
olim

olim duntaxat in prisci Orthodoxum Patrum, sed etiam recente Ecclesiâ in diversas itum est sententias, quarum præcipuas & quæ alicujus videbuntur momenti, referre, opera erit pretium.

Sunt autem, Primo, multi, qui descensum Christi realem, vel de morte, vel sepultura, vel utroq, simul accipiunt, nihilq; à præcedente alienum, intelligi autumant. Hujus sententiæ fuisse Ruffinum, dubium non est: Nam ubi dixisset, hunc articulum non haberi in Symbolo Romano, addit, vis tamen verbi eadem videtur esse in eo, quod sepultus dicitur. Quam sententiam suam facit Drusus in quæst. Mischell. Piscator in Act. Apost: VVittakerus de scriptur: At sententia hæc subsistere nequit, partim, quod in tam brevi & succincto symbolo ταυτολογία & inutilem admittat repetitionem: partim, quod interpretatio obscurior sit eo, quod explicari debet: partim, quod singuli articuli in Symbolo Apostolico certam aliquam histrio de Christo partem complectantur, quæ sanè confundenda non sunt.

Alij generaliter interpretantur de toto humiliationis statu, ita ut per ἀναφαλαιων, omnia, quæ prius articulatim, posita erant, in unum contrahantur, & sic descendere est omnibus modis humiliari. Sohnius in Exeg. August: Confess. Bucanus in Instit. Leidenses in Synopsi purior. Theol: Verum nullo probatur exemplo, quod descendere ad inferos, idem

In expos.
Symb:
Cent. I.
c. 76. p. 52.
ad cap. 2.
v 27.
Contr. I.
qv 6 pag.
608

Tom. 2.
art. 3. pag.
239. disp.
27. Th. 30.
Loc. 25.
art. 11.

fit,

fit, ac humiliari. Et constat, n̄ ēm̄ semper & ubiq.
retinendum, nisi evidens ratio contrarium urgeat.
Nec ignotum esse potest, descensum Christi reale messe
victoris ac triumphatoris, adeoq;, ad exaltationis sta-
tum pertinere.

lib. 2. c. 16.

§. 10.

Tom. 2.

lib. 5. c. 3.

§. 7.

Joh 19,

v. 30.

Sunt, qui de animi cruciatibus ac pœnis expo-
nunt, quos Christus in horto ac agone pertulit, ubi se de-
relictum à patre in cruce clamaret. Ita Calvinus in
Instit: Chamier in Panstrat: Quam sententiam, in se-
spectatam, non quidem simpliciter improbamus; atta-
men cum de vero ac genuino hujus articuli sensu simus
solliciti, metaphoricam explicationem admittere non
possimus, idq;, quod verba Symboli propriè sint expli-
canda; ac ipsa articulorum series testetur, omnes Chri-
sti passiones tempus mortis & sepulturæ præcessisse:
quare Christus in morte, omnia esse consummata docet.

Sub tit. 1A-

fern p. 453

Flacotair.

edita anno

1553. pag

164.

Hac de causa quoq; improbamus illorum senten-
tiam, qui docent, Christum quidem realiter ad inferos
descendisse, sed ibi dolores sustinuisse: quam olim suam
fecit Flacius Illyricus in clave scripturæ: Äpinus
Pastor Hamburgensis in explicat: Psalm. 68. Quæ
etiam hoc improbat argumento: quod causa crucia-
tus ac dolorum jam fuerit sublata, nimirum, peccatum.
Absurde itaq; statuitur, Christum post mortem adhuc
sensisse iratum Patrem, & animam illius cum doloribus
inferni fuisse conflictatam. Nolumus plures referre
sententias cum taliter compare, ut refutatione
prorsus indignæ sint.

Verum

Verum ac genuinum hujus articuli sensum è Formula Concordiae repetimus, statuentes: Cum hic fidei articulus, neq; sensibus, neq; ratione nostrâ comprehendendi queat, solâ autem fide accipiendus sit, unanimi consensu consulimus, de hâc re non esse disputandum, sed quam simplicissimè hunc articulum credendum & docendum esse. Satis enim nobis esse debet, si sciamus, Christum ad inferos descendisse, infernum omnibus creditibus destruxisse, nosq; per ipsum è potestate mortis ac Satanæ, ab aeternâ damnatione, atq; adeò è fauibus inferni ereptos. Quò autem modo hæc effecta fuerint, non curiosè scrutemur, sed hujus rei cognitionem alteri seculo reservemus. Hæc Orthodoxa & pia sententia multis scripturæ dictis posset confirmari, si hoc programmatis ratio permitteret. Unicum hoc tempore, idque difficile tractabimus ac illustrabimus, quod habetur in I. Petr. 3. Aliorum hujus dicti explicationes, earumq; examen alio reservamus tempori, nunc de vero genuino verborum intellectu duntaxat erimus solliciti.

Dubium certè nobis non est, voluisse Petrum hoc loco triplicem Christi innuere triumphum, quem pro triplici locorum diversitate gloriose peregit, in inferno, in terra, in cœlo: illic, majestatem & victoriam suam damnatis per descensionem in confusionem; istic, viventibus in terra per resurrectionem, in conversionem; hic, beatis per ascensionem in exultationem, o-

stendit. De illa agit Apostolus v.19. & 20. de istâ v.21.
de hâc v.22. Primum triumphi Sospitatoris nostri actum
his describit verbis: Christus mortificatus carne,
vivificatus Spiritu, in quo etiam procedens, Spi-
ritibus in custodiâ prædicavit, qui aliquando im-
persuasibiles.

Primum hic considerandum venit SUBJECTUM,
quod CHRISTUS, quo nomine non hæc, vel illa
Lib. 4. de
ver. sap.
cap. 7. Natura: Sed Persona maximè significatur, in u-
traq; Natura subsistens, inquit Lactantius. Constat
itaq; hic sermonem esse de λόγῳ ἐνσημενῷ. Nam ante in-
carnationem, λόγῳ nomen Christi non competit; quia
Verbi natura non est uncta, quæ consortes se-
cundum se habere non potest; unde apparet, ad
id, quod homo factus est, pertinere unctionis,
Lib. 4 cōtr.
Eut. h. c. 1. id est, Christi vocabulum, dicente Vigilio. Quod
magis magisq; patet è limitatione hujus subjecti, quod
hic Christus sit mortificatus carne, & vivificatus
Spiritu. Mortificari autem in scriptura Novi Te-
stamenti duplēm habet sensum, quandoq; significat in-
terfici, quandoq; peccato mori. Quia vero Christus
Sanctus, impollutus & à peccatoribus segregatus fuit,
ideo non altera, sed prior saltem hic obtinebit significa-
tio, nimurum, Christum esse imperfectum & morti-
traditum; sed carne. Hâc voce non corpus Christi
seorsim notatur; siquidem mortificatio totam respi-
cit humanam naturam. Mors enim non est destru-
ctio corporis solum, sed totius hominis, animæ & corpo-
ris:

Ebr. 7.
v. 26.

ris: Animæ, quoad tristem unionis naturalis dissolutionem, quæ in vicem animæ & corpori intercedit, Corpori, quoad φρογὰ. Itaq; Carnis vox hoc loco totam Christi humanitatem significat, anima & corpore constantem, cum assumptis infirmitatibus, quibus Christus Homo tunc sese sponte subjicit. Vivificari quidem interdum idem est, quod in vitâ spirituali revocari: verum, quia Christus nunquam spiritualiter mortuus fuerat, hic propria valebit significatio, quæ est, in vitam corporalem revocari. Hinc manifestò liquet, vivificationem opponi mortificationi. Ex quo sequitur: Quemadmodum verè Christus mortificatus est, & quidem in totâ humanâ naturâ: ita verè vivificatus in totâ quog; humanâ naturâ: licet quidem respectu partium diversimodè, nempe, in corpore per resuscitationem, in anima per redunctionem, quoad utrumq; tamen non seorsim, sed in supposito. Additur autem SPIRITV. Ubi non anima seorsim intelligenda; quia nihil dicitur vivificari, nisi quod mori potuit: anima vero immortalis est. Sed per Spiritum Christi divinitas denatur, non quidem in se, sed in virtute ac potentia vivificatrice, cum essentiali & absolutâ, tum personali & relatâ. Quod probatur è scriptura usu: quando enim in scriptura, ubi de CHRISTO sermo est, Caro & Spiritus opponuntur, tum Spiritus Deitatem, caro Humanitatem denotat. Et confirmatur loco parell: 2. Cor. 13. v. 4. quod Christus sit crucifixus in infirmitate (quod Petrus per mortificatus in carne exponit) vivat autem è virtute DEI (Petrus, per vivificatus Spiritu.) Porro in hoc dicto observandum, quod duo de subjecto, CHRISTO, prædcentur: I. **Quod abierit.** ὠρεύθας, uti communiter, sic hoc loco, significat motum à nobis alio, id quod liquido constat è v. subsecente 22. ubi Petrus eadem voce utens, dicit: Christus ὠρεύθεις εἰς βενῶν, profectus in cœlum, quem profectum, Christus per abitum declarat. Dicitnr autem, quod abierit iv̄ & innui-

A& 13.
v. 30.
Joh 10.
v. 18.

Rom. 1.
v. 34.
1. Tim. 3.
v. 16.

Joh. 4.
v. 30. c. 8.
v. 1. & 11.
A& 24.
v. 25.

Joh. 16.
v. 7.

innuitur virtus, quâ Christus fuerit profectus, adeoq; mediante
v. 6. & infertur, Christum eodem Spiritu, quô, vivificatus fuerat,
etiam abiisse. **II. Quod prædicaverit.** Praconium innui-
tur non favorable, de quo Petrus cap: sequente; sed terrible:
non ad consolationem; sed confusionem; Nam κυριος vocabu-
lū forense est, notatq; publicā aliquam facere denunciationem.

Tom. 5. in
c. 4. ad Eph.
pag. 347. **Quare Ambrosius,** hanc Christi prædicationem vocat ostend-
ionē ejus. Et Thomas judicat, per hanc prædicationem nihil
aliud intelligi posse, quam divinitatis ejus manifestationē.

Part. 3. qv. **Objectum** **hujus** **prædicationis** **sunt SPIRITVS,** seu animæ
62. art. 2. **Corporibus solutæ,** Hi Spiritus describuntur 1. à loco, εν φυ-
λακη: quod vocabulū hic non significat corpus humanū mortale,

quod quasi animæ sit carcer: neq; limbū patrū, qui veluti mitio-
ri hoc nomine exprimatur: multo minus τὸν celeste, in quo, tan-
quā in custodia asserventur beatæ mentes, exspectantes resurrec-
tionē carnis, quia neq; hujus, neq; istius, neq; illius significati ex-

Joh. 3. v. 18 **Apoc. 18.** **v. 2. c. 20.** **v. 7.** **Gen. 6. v. 3** **emplū** in tota scriptura observatur: sed custodiā & carcerē in-
fernali, adeoq; πτώς damnatorū, quo detinentur jā judicati: hoc
significatu passim in scriptura reperitur. **2. à qualitate,** quod

fuerint immorigeri, & à DEI Spiritu argui noluerint: propterea di-
I. Petr. 2. cunctur απειθεῖστε impersuasibiles & inobedientes contumaciter, quo
v. 7. 8. c. 3 sensu & alibi Petrus hoc verbo utitur. Ex hac simplici ac literali ver-
v. 1. & 4 borum explicatione, liquido fluit isthac Petrina Sententia: Christus in

v. 17. tota Persona, per virtutē, quâ vivificatus, divinā, verè descendit ad
damnatos Spiritus, ibidem incredulitatē ipsorū redarguit, ac maje-
statem suam manifestavit, ad confusionem. Sed hic subsistere ju-
bemur. *Nos, O Amici, ipso facto gratiā Triumphatori Nostro tribuamus,*


Col. 1. **v. 12.** *qui nos liberavit ex inferno & idoneos nos fecit sortis Sanctorū in lumi-
ne, fidem per obedientiā declareremus, nec precationē intermittamus pro*

Jac. 2. **v. 1.** *felicitate Sereniss. Electoris Brandenburgici & cum August: ingemisca-
mus semper: Jesu pie, Jesu bone, rogo Te per gloriosam resurrectio-*

Tom. 9. l. **Med. c 37.** **pag. 727.** *nem tuā, resuscita me de sepulchro vitiorū & peccatorū meorum
omniū, & da mihi quotidie partem in resurrectione primā, ut in re-*

*surrectione tua merear veraciter percipere portionem. Qui
vivis & regnas Deus in secula seculorum AMEN.*

© SUB GÖTTINGEN/GDZ



QPCARD 201

